¶ In responione ad secundum peripice, quod in sacramentis res & uerba coeunt in unum signum: quod non significum uniuersum sacramentum: quod non significum uniuersum est: Vnde, proprie loquendo, ablutione in aqua in baptismo non est uerbum signum, & uerba sunt aliud signum: ut tanquam ex duobus partibus signis, sit unum totale significatum ipsa applicatione aqua, quae inde terminata est, ad significandum spiritum sanctum ablationem, uel spiritualis claritatem, aut simplicitatem, aut aliud huiusmodi ex coniunctione ad uerba ablativis, determinauit significandum spiritualiter quod non sunt due relationes signum aqua & uerbis: sed una tantum relatio signi est in hoc composto ex rebus & uerbis, ut sunt determinatio in ratione significandi: unum spiritualiter effectum: sunt enim haec, ut in litera subtiliter traditur, & declaratur in teria ratione in corpore articuli, uelut materia & forma in genere signi: non significatio talis signi sit composita ex materia & forma: sed quia significatio talis signi non ab aliis composto est talibus determinatis, qui sunt uelut materia & forma.

hoc per uerba, magis distinet possumus exprimere, quod mente concipimus: & ideo ad perfectio nem significacionis sacramentalis, necesse fuit ut significatio rerum sensibilium, per aliqua uerba determinaretur: aqua enim significare potest & ablutionem propter suam humiditatem, & refrigerium propter suam frigiditatem: sed cum dicitur, Ego te baptizo, manifestatur quod aqua uitrum in baptismo ad significandam emundationem spiritualem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod res viuibles sacramentorum dicuntur uerba, per quandam similitudinem, in quantum scilicet participant quandam uim significandi, quae principaliter est in ipsis uerbis, ut dictum est: * & ideo non est superflua ingeminatio uerborum, cum in sacramentis, rebus sensibilibus uerba adduntur: quia unum eorum determinatur per aliud, ut dictum est: *

AD SECUNDUM dicendum, quod quamvis uerba & solle res sensibiles sint in diuerso genere, quantu[m] pertinet ad naturam rei: conueniunt tame in ratione significandi, quae perfectius est in verbis, quam in aliis rebus: & ideo ex uerbis & rebus fit quodam-

A modo unum in sacramentis, sicut ex forma & materia, in quantum scilicet per uerba perficitur significatio rerum, ut dictum est: * ubi rebus autem comprehenduntur etiam ipsi actus sensibiles, puta ablutione, inunctione, & alia huiusmodi: quia in his est ea dem ratio significandi, & in rebus.

AD TERTIVM dicendum, quod, sicut Augustus, * Lib. 19. c. 6. tom. 6.

dicit contra Faustum, alia debent esse sacramenta rei praesentis, & alia rei futurae. Sacra menta autem ueteris legis, praeuentia erant Christi uenturi: &

ideo non ita expresse significabant Christum, sicut sacramenta nouae legis, quae ab ipso Christo effluunt, & quandam similitudinem ipsius in se habent, ut dictum est. * Vt ebanter tamen in ueteri le-

ge aliquibus uerbis, in his, quae ad cultum Dei pertinent, tam sacerdotes (qui erant sacramentorum il-

lorum ministri, secundum illud Nume. 6. Sic benedicetis filii Israel, & dicetis eis, Benedicat tibi dominus &c.) quam eriam illi, qui illis sacramentis utebantur, secundum illud Deut. 26. Profiteor coram domino Deo tuo &c.

ARTICVLVS VII.

Vtrum requirantur determinata uerba in sacramentis.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videatur quod non requirantur determinata uerba in sacramentis. Ut enim Philosop. * dicit, uoces non sunt eadē apud omnes: sed falsus quae per sacramenta queritur, est eadem apud omnes, ergo non requiruntur aliqua determinata uerba in sacramentis.

¶ Pr. Verba requiruntur in sacramentis, in quantum sunt principali significativa, sicut dictum est: * sed contingit per diuersa uerba idem significari, ergo non requiruntur determinata uerba in sacramentis.

¶ Pr. Corruptio cuiuslibet rei uariat eius specie: sed quidam corrupte verba proferunt, nectū p[ro]p[ter] hoc creditur sacramentorum effectus impediti: alioquin illiterati & balbi, qui ista sacramenta conferunt, frequenter defectum in sacramentis inducerent. ergo uidetur quod non requirantur in sacramentis determinata uerba.

SED CONTRA est, quod dominus determinata uerba protulit

E in consecratione sacramenti eu charitiae, dicens Matth. 26. Hoc est corpus meum: similiter etiam mandauit discipulis, ut sub determinata forma uerborum baptizarent, dicens Mat. v. 16. Euantes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, * in sacramentis uerba se habent per modū formæ, res autem sensibiles per modū

¶ Super Questionis sexagesima Articulum septimum.

TItulus ut sonat. **I**n corpore vna conclusio: In sacramentis requiriuntur determinata forma uerborum. Probat[ur]: in sacramentis requiruntur determinata res sensibiles, quae se habent, ut materia. ergo multo magis requiruntur determinatio uerborum, que se habet ut forma. Antecedens quo ad primam partem patet ex articulo, quo ad secundam ex 6. & hic reperiatur. Consequientia probatur: quia principalius requiriuntur ad esse rei determinata forma, quam determinata materia. Probatur, quia in omnibus compositionis ex materia & forma, principia determinatio est ex parte formæ, quia est finis & terminus materiarum, & materia determinata requiritur, ut sit proportionata determinatio formæ.

In responione ad secundum, aduerte quod doctrina presentis litteræ, scilicet quod in qualibet lingua, uox illa quae principalius & communius homines illius lingue utinam ad illum actum significandum assimi debet in sacramentis, uera est, quantum est ex parte debiti ad s.

ut illius uerborum: quamnam ad tantum mysterium

Tertia S. Thomas. AA. 4. sterium

Fterium non nisi principia communioraque assumenda sunt verba. Cum hac tamen doctrina sit, quod oppositum sit, vel ex accommodatione usus, vel quia sacramenti forma non urget ad hoc. Quantum autem valeat contra communiam & proprietatem lingue accommodatio usus, restatur forma baptismi apud Latinos, dum dicitur, Ego te baptizo &c., baptizare enim Latinam lingua neque principaliter, neque communiter significat abluere, ut patet, in tantum quod si quis diceret altera baptiza hoc sudarioquin, aut non, aut quis inteligeretur. Et procul dubio dicere debemus, Ego te absolo in nomine patris &c. quia tamen accommodavit ecclesia latine usus vocabulum hoc ad significandum actum ab luendi, qui in sacramento fit, illo urensum est, unde etiam mulieres in vulgari baptizantes dicitur, [To te baptizo.] Prudentia enim diuinis hijs ecclesiam suam doctam esse uult, quod quocumque uerbo accommodato ab iuio ad significandum illud, utramque etiam si alterius si idiomatici) sacramentum perficitur, ita quod nec isto idiomatu in eadem numero forma sacramenti tollit perfectionem sacramenti. Habet quoque hinc, quod quia usus accommodatione personae dignas alloquuntur in numero plura, dicens vni, Vos &c. ita quod si dicereur illi, Tu videatur inferi sibi iniuria, ideo si quis in forma sacramenti presentia, aboliendo episcopum, vel principem honoris confuet gratia dicat, Aboliuit vos a peccatis vestris &c. perfectum est sacramentum non minus, quam si in vulgari dixerit, [To yi abolio dalli vostrri peccati.] Quia perfecta est significatio orationis a illis personam solam, ex accommodatione usus non minus, quam perfecte sint omnes similes orationes; puta, do uobis hoc munus, venite uos ad prandium mecum, & similia. Et eadem ratione perfecta essent sacramenta, si persona recipiens sacramentum exprimeretur in nomine honorabilis abstracto; puta si quis diceret, Ego abolio dominacionem vestram a peccatis suis. Pro regula enim generali habendum est, quod quando oratio haberet perfectam significacionem ex accommodatione usus in ceteris locationibus, sufficit ad sacramenti perfectionem simili oratio applicata ad materiam sacramenti. Et ratio est, quia operatio spiritualis in sacramentis sequitur significacionem perfectam orationis sacramentalis, ac per hoc ubi oratio haberet suam significacionem perfectam, sacramentum perficitur. Constat autem, quod oratio in qualibet materia communiter habet suam significacionem perfectam, non perdit per-

materia. In omnibus autem compotitis ex materia & forma, primum determinationis est ex parte forma, quae est quodammodo finis & terminus materiae: & ideo principalius requiritur ad esse rei determinata forma, quam determinata materia; materia enim determinata requiritur, ut sit proportionata determinatae formae. Cum igitur in sacramentis requirantur determinatae res sensibles, quae se habent in sacramentis sicut materia, multo magis requiritur in eis determinata forma uerborum,

HAD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Augustinus * dicit super Ioan. verbum operatur in sacramentis, non quia dicitur, id est, non secundum exteriorem sonum uocis: sed quia creditur, id est, secundum sensum uerborum, qui fide tenetur. Et hic quidem sensus est idem apud omnes, licet non eadem voces sint, quantum ad sonum: & ideo cuiuscumque linguae verbis profertur talis sensus, perficitur sacramentum.

IAD SECUNDVM dicendum, quod licet in qualibet lingua contingat diversis vocibus idem significari, semper tamen aliqua illarum uocum est, qua principia lius & communis homines illius lingue utuntur ad hoc significandum, & talis uox assumi debet in significacione sacramenti: sicut etiam inter res sensibiles illa assumitur ad significacionem sacramenti, cuius uetus est communior ad actum, per quem sacramenti effectus significatur: sicut aqua communius utuntur homines ad ablutionem corporalem, per quam spiritualis ablution significatur: & ideo aqua assumitur ut materia in baptismo,

Konstantem significacionem, ex accommodatione usus non minus, quam perfecte sint omnes similes orationes; puta, do uobis hoc munus, venite uos ad prandium mecum, & similia. Et eadem ratione perfecta essent sacramenta, si persona recipiens sacramentum exprimeretur in nomine honorabilis abstracto; puta si quis diceret, Ego abolio dominacionem vestram a peccatis suis. Pro regula enim generali habendum est, quod quando oratio haberet perfectam significacionem ex accommodatione usus in ceteris locationibus, sufficit ad sacramenti perfectionem simili oratio applicata ad materiam sacramenti. Et ratio est, quia operatio spiritualis in sacramentis sequitur significacionem perfectam orationis sacramentalis, ac per hoc ubi oratio haberet suam significacionem perfectam, sacramentum perficitur. Constat autem, quod oratio in qualibet materia communiter habet suam significacionem perfectam, non perdit per-

sectionem sue significacionis ex hoc, quod applicatur ad materialia sacramentalia, igitur sicut sufficit oratio illa perfecta in aliis, ita & in sacramentis. Quia autem sacramenti forma non urget ad principaliter & communiter confusa uerba, si quis ex huiusmodi libertate uteretur alijs uerbis (puta dicendo, Ego te ablio in nomine patris &c. aut in sacramento eucharistie, Itud est, &c.) perfecta essent sacramenta: non enim de necessitate sacramenti sunt illae uoces, quibus communiter ecclesia uitetur, sed illae uel alio loco illarum, idem significantes, quod illa. Sic enim intelligendum est determinata exigi formam uerborum ad sacramenta. Sed sunt uoces illae quibus ecclesia uitetur, de necessitate praecipi ecclesia: ideo peccare quicunque aduententer uteretur alijs uocibus ab illis, quibus ecclesia sua confutet ut in sacramentis. Unde hoc non diximus, ut licet cumque mutare uoces in sacramentis: sed ut si accidenter, non esse iterata sacramenta propter huiusmodi mutationes. Et confirmatur quod dicitur ex forma consecrationis sanguinis Christi, qua utitur ecclesia la tina: dicit enim, Hic est calix sanguinis. Vbi aut met. plurimi sumuntur calix, aut ponuntur contemens p contento, ac per hoc ex uero nomen fecit a do propriam significacionem, non significatur conuersio unius in sanguinem, sed in calicem, quod est ridiculum. Attestatur enim per hoc Spiritus sanctus, quod sufficiunt ad sacramentorum perfectionem uerba, uel ex proprietate uel accommodatione uerbi significativa ueritatem sacramenti, quamcumque sint illa: nec esse de necessitate sacramenti communio in aliqua lingua uerba,

TIn responsive ad terrum aduerte, quod, ut patet de consti. diff. 4c. Reuterum, Zacharias Papa determinauit suffice baptizatum illum, qui ob ignorantiam baptizantis, baptizatus est in nomine Patria & Filia & Spiritu sancta. Vbi vides, quod corruptio fuit tanta, quod uirgata est significatio nominis; nam patria non patrem, sed locum nativitatis significat: sed licet patria absolute aliud significet quam patrem, ut tamen est pars corrupte prolati huius orationis. Ego te baptizo in nomine Patria, & Filia &c. significatio patrem, indicatrix est, & sic oratio tota non mutauit significacionem. Et hoc ualde notandum est pro causis occurrentibus incorrupte prolati uerbi, circa alia sacramenta, uel ex festinatione, uel ex balbutiente lingua, uel aliquo alio accidente.

In corpore tria sunt, primo componuntur dicitur communione regulae huiusmodi varietas: secundo defensione specialiter ad diminutionem & additionem: tertio mouentur quædam difficultas circuorum additionem, & solvitur. Prima regula tenet ex parte intentionis ministrantis sacramentum. secunda vero est tener ex parte significacionis verborum: quod intellige non secundum se, sed in ordine ad totam orationem: oportere enim mutari sensum ipsius orationis qui est forma sacramenti, ad hoc ut sacramentum sit nullum, ut praedictum est. De diminutione autem cum additione in speciali in finibus sacramentis, primo est in proprio locis hic in commentario est ferme, **V**ox nota pro solutione difficultatis mox, quod additione ad formam ultra duos modos, qui in littera ponuntur (scilicet vel tamquam aliud intermixtum ad formam, vel tamquam extrinsecum) teritus inveniatur omnino per accidens, quando scilicet interponitur aliquod verbum, non ut sit aliud intrinsecum, vel a diuersis formis, sed impertinet omnino interpositum a aliud propositum dicitur verbum, ut si inter baptizandum possum dixit, ego te baptizo, dicat alium, Recede hinc, seu aliud emittendi, & prolegeretur. In nomine Patris & filii, &c. Hoc enim non est proprie addere ad verba formæ: sed interponere verbum interrumpe formam: potest siquidem interrupio, de qua in response ad tertium est sermo, duplex fieri, vel si ne interpositione uerbi, vel si ne interpositione verborum. Vnde autem

ARTICVLVS VIII.

Vtrum licet aliquid addere uerbis, in quibus consistit forma sacramentorum.

ADOCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod nihil licet addere verbis, in quibus consistit forma sacramentorum, non enim minoris sunt necessitatis huiusmodi verba sacramentalia, quam verba sacrae scripturae: sed verbis sacrae scripturae, nihil licet addere vel minuere: dicitur enim Deus. 4. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ab eo. Et Apocal. vltim. Contestor omni audienti verba prophetie libri huius: si quis apposuerit ad haec, apponet super eum Deus plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit, auferet Deus partem eius de libro vita. ergo videtur, quod neque in formis sacramentorum licet aliquid addere, vel minuere.

Prat. Verba se habent in sacramentis per modum formæ, ut dictum est. * sed in formis quilibet additio vel substractio variat speciem, sicut & in numeris, ut dicitur 8. Met. Ergo videtur quod si aliquid addatur vel subtrahatur a forma sacramenti, non erit idem sacramentum.

Prat. Sicut ad formam sacramenti requiritur determinatus numerus dictio, ira etiam requiritur determinatus ordo verborum, & etiam orationis continuitas. si ergo additio, vel substractio non auferat sacramenti veritatem, videtur quod par ratione nec transpositio verborum, aut etiam interpolatio pronuntiationis.

SED CONTRA est, quod in formis sacramentorum, quedam apponuntur a quibusdam, quæ ab aliis non apponuntur, sicut latini baptizant sub hac forma, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Graeci autem sub ista, baptizetur seruos Christi. N. in nomine Patris, &c. Et tamen utique verum conferunt sacramentum. ergo in formis sacramentorum licet aliquid addere vel minuere.

RESPON. Dicendum, quod circa omnes istas mutationes, quæ possunt in formis sacramentorum contingere, duo videntur esse consideranda. Vnum quidem, ex parte eius, qui profert verba, cuius intentione requiritur ad sacramentum, ut infra dicetur. * & ideo si intendat per huiusmodi additionem, uel di-

A minutionem aliū ritum inducere, qui non sit a ecclesia receptus, non viderur perfici sacramentum: quia non videretur, quod intendat facere id, quod facit ecclesia. Aliud autem est considerandum, ex parte significationis verborum. Cum non verba operentur in sacramentis, quantum ad sensum, quem faciunt (ut supra dictum est*) oportet considerare, utrum per talen mutationem tollatur debitus sensus verborum: quia sic manifestum est, quod tollitur veritas sacramenti. Manifestum est autem, quod si diminuitur aliquid eorum, quæ sunt de substantia formæ sacramentalis, tollitur debitus sensus verborum: & ideo non perficitur sacramentum, unde Didymus * dicit in lib. de Spiritu sancto: Si quis ita baptizare conetur, ut unum de predictis nominibus pretermittat (scilicet Patris, & Filii, & Spiritus sancti) sine perfectione baptizabit. Si autem subtrahatur aliquid, quod non sit de substantia formæ, talis diminutio non tollit debitum sensum verborum, & per consequens nec sacramenti perfectionem: sicut in forma eucharistiae, quæ est, Hoc est enim corpus meum, ly enim sublatum, non tollit debitum sensum verborum: & ideo non impedit perfectionem sacramenti: quoniam possit contingere, quod ille qui pretermittit, peccet ex negligencia vel contemptu. Circa additionem etiam contingit aliquid apponi, quod est corruptum debitum sensum: puta si aliquis dicat, Ego te baptizo in nomine Patris maioris, & Filii minoris, sicut Arriani baptizabant: & ideo talis additione tollit veritatem sacramenti. Si vero sit talis additione, quæ non auferat debitum sensum, non tollitur sacramenti ueritas. Nec refert utrum talis additione fiat in principio, medio, vel in fine: ut si aliquis dicat, Ego te baptizo in nomine Dei Patris omnipotentis, & Filii eius unigeniti, & Spiritus sancti paracliti, erit uerum baptisma. Et similiter si quis dicat, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & beatae Virginis Mariae, non esset baptisma: quia dicitur 1. ad Corint. 1. Numquid Paulus pro nobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Sed hoc uerum est, si sic intelligatur in nomine beatae Virginis baptizari, sicut in nomine Trinitatis, quo baptismus consecratur: talis enim sensus est, contrarius uerâ fidei, & per consequens tolleret veritatem sacramenti. Si vero sic intelligatur, quod additur, & in nomine beatae Virginis, non quasi nomen beatae Virginis aliiquid operetur in baptismate, sed ut eius intercessio prospicit baptizato, ad conservandam gratiam baptismalem, non tollitur perfectio sacramenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ad uerba sacrae scripturae non licet aliquid apponere, quantum ad sensum, sed quantum ad expositionem sacrae scripturae, multa eis uerba a doctoribus apponuntur: non tam licet etiam uerba sacrae scripturae apponere, ita quod dicatur esse de integritate sacrae scripturae, quia hoc esset uitium falsitatis. Et similiter si quis dicere aliquid esse de necessitate formæ, quod non est.

AD SECUNDVM dicendum, quod verba pertinent ad formam sacrificiorum sensus significati: & ideo quocumque fiat additione vel substractio uerborum, quod non addat aliiquid aut subtrahat debito sensui, non tollitur species sacramenti.

Ad

interruptio non debet esse tanta, quod iuxta communem morem hominum, continuitas soluatur orationis: si enim postquam minister dixit, Ego te baptizo, tres prauum, & postea subderet, In nomine Patris, & Filii, &c. siue interim tacuerit, siue non: tollita esset oratio-
nis uita.

art. p̄ecep.

ad 1. & ad 3.

lib. 2. de Spi-
ritu sancto,
paucis a pri-
cip. Habetur
hic liber in
fine operum
S. Hieronymi.

Q VAEST. LXI.

AD TERTIVM dicendum, quod si sit tanta interruptio verborum, quod intercipiat intentio pronuntiantis, tollitur sensus sacramenti, & per consequens veritas eius: non autem tollitur quando est parva interruptio, quae intentionem proferentis, & intellectum verborum non auctor. Et idem est etiam dicendum de transpositione verborum: quia si tollit sensum locutionis, non perficitur sacramentum, sicut patet de negatione preposita, vel postposita signo: si autem sit talis transpositio, quae sensum locutionis non variet, non tollitur veritas sacramenti: quia secundum **G** Philosophus dicit, nomina & verba transposita id significant.

lib. 2. Per-
harm. cap. 1.
parte ante
Eccles. 10.1.

¶ Super Questionis
6. Articulum primum.

Q VAESTIO LXI.

DE NECESSITATE SACRAMENTORUM, IN QUATUOR ARTICULOS DIVISA.

Tulus clarus. In corpore vna conclusio, sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem. Et probatur tripliciter. Vbi nota duo. Primum, quod non est hic ferme de necessario ad humanam salutem, sine quo non potuerit homo salvatur, sed de necessario, sine quo non conuenientia ad humanam salutem, sine qua non conuenientia ad humanam salutem fuisse. In cuius signum Auctor, tam in prima, quam secundarione conuenientia inferit sacramentorum. Secundo, nota differentia inter Auctorem, & Magistrum, sicut in prima di 4. circa has tres rationes, ex eruditione, humiliazione, & exercitatione. Nam alius tractantur ab Auctore, ut pater contendo.

¶ diffr. reg. 1.
art. 6. ad 2.
art. 3. contra
esp. 10. Et
lib. 4. cap. 55.
En. & cap. 56.

AD PRIMVM sic proceditur. Videretur, quod sacramenta non sunt necessaria ad humanam salutem. Dicit enim Apostolus 1. ad Timoth. 4. Corporalis exercitatio modicum utilis est: sed virtus sacramentorum pertinet ad corporalem exercitationem, eo quod sacramenta perficiuntur in significatione sensibilium rerum & verborum, ut dictum est. ergo sacramenta non sunt necessaria ad humanam salutem.

Prat. Secunda ad Corinth. 12. Apostolo dicitur, Sufficit tibi gratia mea: non autem sufficeret, si sacramenta essent necessaria ad salutem, non sunt ergo sacramenta saluti humanae necessaria. **K** **P**rat. Posita causa sufficienti, nihil aliud videtur esse necessarium ad effectum: sed passio Christi est sufficientia causa nostrae salutis: dicit enim Apostolus ad Roma 5. Si cum inimici essenuimus, reconciliati sumus Deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. non ergo requiruntur sacramenta ad salutem humanam.

SED CONTRA est, qd Aug. dicit 19. contra Faustum: In nullum nomen religionis, seu verum seu falsum, coadunari homines possunt, nisi aliquo signaculorum seu sacramentorum visibilium consortio colligentur: sed necessarium est ad humanam salutem homines adunari in unum vere religionis nomen. ergo sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem. **R**ESPON. Dicendum, quod sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem triplici ratione: quarum

ARTIC. I.

Fprima sumenda est, ex conditione humanae naturae: cuius proprium est, ut per corporalia & sensibilia, in spiritualia & intelligibilia deducatur. Pertinet autem ad diuinam prouidentiam, ut unicuique rei prouideat, secundum modum sue conditionis: & ideo conuenienter diuina sapientia homini auxilia salutis confert sub quibusdam corporalibus, & sensibiliis signis, quae sacramenta dicuntur. Secunda ratio sumenda est ex statu hominis, qui peccando se subdidit per affectum corporalibus rebus: ibi autem deber medicinalis remedium homini adhiberi, ubi patitur morbum: & ideo conueniens fuit, ut Deus per quaedam corporalia signa homini spiritualem medicinam adhiberet: nam si spiritualia nuda ei propinquarentur, eius animus applicari non posset, corporalibus deditus. Tertia autem ratio sumenda est: ex studio actionis humanae, quae praecipue circa corporalia versatur. Ne ergo esset homini durum, si totaliter a corporalibus actibus abstraheretur, proposita sunt ei corporalia exercitia in sacramentis, quibus salubriter exerceatur ad evitanda superflusio exercitiorum, quae consistunt in cultu daemonum, vel qualitercumque noxia, quae consistunt in actibus peccatorum. Sic igitur per sacramentorum institutionem homo conuenienter sue naturae eruditur per sensibilia humiliatur, se corporalibus subiectum cognoscens, sibi per corporalia subuenitur: preservatur etiam a noxiis actionibus, per salubria exercitia sacramentorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod corporalis exercitatio, in quantum est corporalis, non multum utilis est: sed exercitatio per vitum sacramentorum, non est pure corporalis, sed quodammodo est spiritualis, scilicet per significationem, & causalitatem.

AD SECUNDVM dicendum, quod gratia Dei, est sufficientis causa humanae salutis: sed Deus dat hominibus gratiam secundum modum eis conuenientem: & ideo necessaria sunt hominibus sacramenta ad gratiam consequendam.

AD TERTIVM dicendum, quod passio Christi est sufficientis causa humanae salutis: nec propter hoc sequitur, quod sacramenta non sunt necessaria ad humanam salutem: quia operantur in virtute passionis Christi, & passio Christi quodammodo applicatur hominibus per sacramenta, secundum illud Rom. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.

ARTICVLVS II.

Vtrum etiam ante peccatum fuerint homini necessaria sacramenta.

¶ Super Questionis
sexta etiam prima. Articulum secundum.

Tulus clarus. In corpore vna conclusio: In statu innocentiae homo sacramenta non indigebat, nec pro remedio peccati, artificium secundum perfectione ad animam. Probatur: In statu illo, superiori inferioribus dominabantur, & nullo modo dependebant ab eis: sed contra hunc ordinem esset, si anima a corporalibus sacramentis perficeretur, sive quo ad scientiam,

Lib. 19. cap.
21. in fine.